



De rebus gestis Lodziensium ab ipso fere urbis ortu

Prima mentio de Lodzia tunc usque vico in documento anno 1332 scripto apparuit. Iura civitatis ei oppido ante diem 4 Kalendas Augustas anno 1423 Vladislao Jagellone regnante concessa sunt. Anno post, „episcopus *Vladislaviensis*, Iohannes Pella, privilegia officiaque incolarum Lodziae definivit”. Aliud magni momenti eventum hoc factum erat, quod „Iohannes Albertus Rex [...] anno 1496 privilegia regalia nundinarum septimanalium mercatumque in civitate gerendorum confirmavit”. Exeunte XVI saeculo Lodzia valere incepit et, ut parvum oppidulum agriculturale, centrum locale mercatoriale fabrileque facta est. Hoc tempore variae officinae fabrorum atque molae ibi collocatae fuerunt.

Anno 1820 administratores ita dicti Regni Poloniae Lodziam in sedes industriales in regione Mazoviana conditas incluserunt eique „munus texendi et velamina fabricandi” assignaverunt. Id factum est Raimundi Rembieliński – Praesidis Palatinati Mazoviani sententiae prolatae gratia. Non modo prolatae id

temporis leges, sed etiam ipsa loci natura coloniae industriali oriendae favebat et praecipue utilies erant:

1. magna copia arborum – lignum sicut ignis alimentum atque materia aedificando idonea adhibebatur;
2. numerosi fluvii parvi desuper fluentes, quorum aquae machinas industriales movebant.

Illo tempore urbs aliquantulum crevit et eam iam circa 1000 incolae inhabitabant. Aetas „Lodziae industrialis” incepta est. Gradatim multi homines non solum remotis e locis Poloniae sed etiam Bohemi, Germani, raro Angli, Helvetii et Galli Lodziam advenerunt.

Regnatores urbis anno 1820 „Urbem Novam” – sedem velamini producendo aptam – metati sunt. Haec ad meridiem „Oppidi Veteris” sita est, ubi Forum Novum ortum est, quod nunc Campus Libertatis (Polonice *Plac Wolności*) nominatur. Anno 1850 urbs satis iam ampla fuit et multi fabri in ea operabantur. Erant ibi igitur: qui vias lapidibus sternunt, cuparii, bractearii, fabri, sarcitecutores, sartores, musici, pistores, sutores,

fornacium fabricatores et multi alii. In civitate duodeviginti opificum collegia, „duae apothecae, tres medici, officina dulciaria, taberna cafearia” atque septem deversoria fuerunt.

Secunda in parte XIX saeculi primae argentariae institutae apparuerunt, at divitiae industriales familiarum nomine Scheibler, Biedermann, Grohman, Geyer et Poznański immanes crescebant. Etiam via ferriviaria adducta est. Lodzia oppidum magnarum opportunitatum facta est etiam pauperioribus Polonis, Germanis, Russis et Iudaeis ut Terra Promissa, quo nomine illa a Vladislao Stanislawo Reymont in eius libro, qui sic inscribitur, appellata est. Incrementum hoc culmenque rerum usque ad bella mundi nationum duo sequentia continuabatur.

Inter secundum, praecipue damnosum bellum mundiale numerus iam incolarum Lodziae de 680,000 ad ca. 300,000 decrevit, quod caedis incolarum Polonorum Iudaicorumque a militibus Hitlerianis atque exitus multorum Polonorum et postbellici Germanorum egressus causa factum est. Industria insigniter laesa est et officinae ad pristinos dominos non redierunt. Paulo post bellum productio in Lodzia cito renovata est, industria autem restituta. Etiam post bellum illud alterum studiorum academiae primae in Lodzia institutae sunt, ut: Universitas Lodziensis, Polytechnica, Academia Artium, Academia Musica atque Academia Medicinalis, deinde Militaris Academia Medicinalis et Academia Publica Theatralis Cinematographicaque.

Etiam fines urbis dilatatae sunt et rura nonnulla in Lodziam inclusa sunt, inter alia: Chocianowice, Chojny, Grabieniec, Lublinek, Łagiewniki, Olechów, Radogoszcz, Retkinia, Rokicie et Stoki.

In civitatis statu, qui „communismus” vocatur, multae rursus officinae textiles Lodziae operabantur, quae tamen converso rerum statu ceciderunt et operarii vacui negotiis remanserunt. Sequentes duo annorum decadae faciles Lodziae non erant. Urbs augeri extendique desinit et locum magnitudine secundae urbis Poloniae amisit.

Nunc multa incepta nova ducta ad finem sunt, ut aeroportus „Lublinek”, centrum mercatorium, quod „Manufatura” nominatur, seu viae ferratae statio nova „Lodzia Fabrica” nominata. Progressui futuro via denuo patefacta est.

Et peracto iam texto cotidiana quaedam Lodziensia animi causa adferam, id est nonnulla verba cibosque propria quae Lodziae sunt. De quibus enumerare possumus voces: *migawka* – tessera vectoria menstrualis, *krańcówka* – circuitus extremus cursus raedae transviariae seu autoraedae longae, *ekspres* – vestis clausura tractilis, *foliówka* – perula plastica emptionibus utilis, *kanar* – inspector tesserarum vectoriarum, *żulik* – panis Turcicus dulcis cum uvis passis, *angielka* – species panificii albi, *zalewajka* – sorbitio a maioribus tradita cum pomis terrestribus, carota, farcimineque tesselatim concisis et fungis, fusis iure acidulo, quod Polonice *żur* nominatur, *prażoki* – ferculum de pomis terrestribus et brassica cocta factum.

Tłumaczenie tekstu¹

O dziejach Łodzi prawie od samych początków miasta

Pierwsza wzmianka o Łodzi, wtedy jeszcze wsi, pojawiła się w dokumencie z 1332 roku. Prawa miejskie nadano tej osadzie za czasów panowania króla Władysława Jagiełły 29 lipca 1423 roku. Rok później „biskup włocławski Jan Pella określił przywileje i obowiązki mieszczan łódzkich”. Kolejnym dużej wagi wydarzeniem był fakt, że „Jan Olbracht [...] ustanowił tutaj w r. 1496 targi tygodniowe i jarmarki”. Pod koniec XVI wieku Łódź zaczęła przybierać na znaczeniu, stając się lokalnym centrum handlowo-rzemieślniczym, przez kolejne stulecie pozostając jednak w głównej mierze miasteczkiem rolniczym. W tym czasie znajdowały się tu różne warsztaty rzemieślnicze oraz młyny.

W roku 1820 władze Królestwa Polskiego włączyły Łódź do osad przemysłowych w regionie mazowieckim i przypisały jej „rolę ośrodka tkackiego i sukienniczego”. Stało się tak dzięki decyzji Rajmunda Rembielińskiego – Prezesa Komisji Województwa Mazowieckiego. Nie tylko ówczesne przepisy, ale także sama natura tego miejsca sprzyjały powstaniu osady przemysłowej, a szczególnie przydatne były m.in.:

- 1) duża ilość drzew – drewno używane było w celach opałowych oraz jako budulec;
- 2) liczne małe rzeki płynące z wyżyn, których wody napędzały maszyny przemysłowe.

W tym czasie miasto nieco się powiększyło, licząc ok. 1000 mieszkańców. Rozpoczęła się era „przemysłowej Łodzi”. Stopniowo do miasta zaczęli zjeżdżać się przybysze z różnych stron kraju i z zagranicy – „głównie Niemiec i Czech, rzadziej Anglii, Szwajcarii i Francji”.

W 1820 r. władze postanowiły wytyczyć tzw. „Nowe Miasto” – obszar odpowiedni do produkcji tkanin. Było ono położone na południe od „Starego Miasta”, gdzie powstał Nowy Rynek, obecnie Plac Wolności. W 1850 r. miasto było już dosyć duże i wielu rzemieślników znajdowało w nim zatrudnienie. Pracowali tam: brukarze, bednarze, blacharze, kowale, krawcy, muzycy, piekarze, szewcy, zdunowie i wielu specjalistów z rozmaitych innych dziedzin. W mieście działało osiemnaście cechów rzemieślniczych, „dwie apteki, trzech lekarzy, cukiernia, kawiarnia” oraz siedem zajazdów.

W drugiej połowie XIX wieku powstały pierwsze banki, a przemysłowe bogactwo rodzin Scheiblerów, Biedermannów,

¹ Tłumaczenie wykonała dr Sylwia Krukowska.

Grohmanów, Geyerów i Poznańskich ogromnie się rozrastało. Doprowadzono również linię kolejową. Łódź stała się miastem dużych możliwości również dla nieco uboższych Polaków, Niemców, Rosjan i Żydów, jako Ziemia Obiecana, jak nazwał ją Władysław Stanisław Reymont w swojej książce o tym samym tytule. Ów rozwój i szczyt prosperity trwały aż do dwóch kolejnych wojen światowych.

Podczas drugiej, szczególnie niszczącej wojny liczba mieszkańców Łodzi spadła z 680 000 do ok. 300 000, co było spowodowane masowymi mordami polskich i żydowskich mieszkańców przez hitlerowskich żołnierzy oraz wyjazdem i wysiedlaniem wielu Polaków, a także powojenną emigracją Niemców. Przemysł został w dużej mierze zniszczony, a fabryki nie wróciły do dawnych właścicieli. Niedługo po wojnie jednak produkcja w Łodzi szybko została wznowiona, a przemysł odbudowany. Założono także pierwsze łódzkie uczelnie, takie jak: Uniwersytet, Politechnika, Akademia Sztuk Pięknych, Akademia Muzyczna oraz Akademia Medyczna, a następnie Wojskowa Akademia Medyczna i Państwowa Wyższa Szkoła Filmowa, Telewizyjna i Teatralna. Granice miasta również zostały rozszerzone i do Łodzi włączono kilka wsi, między innymi: Chocianowice, Chojny, Grabieniec, Lublinek, Łagiewniki, Olechów, Radogoszcz, Retkinę, Rokicie i Stoki.

W okresie komunizmu wznowiło funkcjonowanie wiele zakładów włókienniczych, które jednak wkrótce po

zmianie ustroju upadły, zaś pracownicy pozostali bez pracy. Kolejne dwie dekady nie były łatwe dla Łodzi. Przestała się bowiem rozwijać i rozrastać, tracąc status drugiego co do wielkości miasta w Polsce.

W ostatnich latach zakończono wiele nowych projektów, takich jak lotnisko „Lublinek”, centrum handlowe „Manufaktura” oraz nowy dworzec kolejowy „Łódź Fabryczna”. Droga do przyszłego rozwoju została ponownie otwarta.

Na zakończenie warto przytoczyć kilka codziennych słów i nazw potraw, które są charakterystyczne dla Łodzi. Możemy wymienić wśród nich następujące nazwy: *migawka* – miesięczny bilet komunikacji miejskiej, *krańcówka* – pętla tramwajowa lub autobusowa, *ekspres* – zamek błyskawiczny, *foliówka* – torba plastikowa używana do zakupów, *kanar* – kontroler biletów, *żulik* – słodki chleb turecki z rodzynkami, *angielka* – rodzaj białego pieczywa, *zalewajka* – tradycyjna zupa z ugotowanych, pokrojonych w kostkę ziemniaków, marchwi, kielbas i grzybów, zalewana żurem, *prażoki* – danie z ziemniaków i gotowanej kapusty.

Bibliografia

- Barwiński M., *Rozwój przestrzenny oraz przemiany funkcjonalne i społeczne Łodzi – uwarunkowania geograficzno-polityczne*, „Geografia w Szkole” 2009, nr 6, s. 38–50.

Encyklopedia powszechna, e.d. S. Orgelbrand, t. XVII, Warszawa 1864.

Flatt O., *Opis miasta Łodzi pod względem historycznym, statystycznym i przemysłowym*, Warszawa 1853.

Kaliński W., *Ex navicula navis. 600-lecie Miasta Łodzi*, „Kwartalnik Łódzki, Biuletyn Łódzkiej Okręgowej Izby Inżynierów Budownictwa” 2023, nr II (79).

Uchwała Senatu Rzeczypospolitej Polskiej z dnia 27 lipca 2023 r. w 600. rocznicę nadania praw miejskich Łodzi, „Monitor Polski”, <https://sip.lex.pl/akty-prawne/mp-monitor-polski/600-rocznica-nadania-praw-miejskich-lodzi-21862804> (dostęp: 21.07.2024 r.).